



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Animi tranquillitas. 149

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

plura perpetitur, tanto plurima  
commeruisse credere. Nam & i-  
psum hoc illi gaudium est, vide-  
re mortalia quæuis in se ruere,  
& poenas neglecti Numinis re-  
petere.

149 Singulare deinde studium  
adhibuit I G N A T I V S, ad motus  
animi componendos: quo eam  
ille tranquillitatem est consecu-  
tus, quãtam nulla propemodum  
euenta perturbarent. Homo na-  
tura ceteroquin vehemens, & in-  
genio erat præferuido; verùm ita  
se tamen triumphauerat, vt mira  
in vultu verbisq̃ue comitas, nihil  
vsquã natiui ignis præderet; fri-  
gorique potius ac languori ob-  
noxium corpus trahere credere-  
tur. Et si autẽ bilis imperum, qui  
in vitium ferret, à se prorsus abdi-  
carat; vim tamen eius, in rebus  
arduis necessariam, apprimè re-  
tinebat. Corpore sæpe à morbis  
iniu-

iniurijsque malè affecto, eandem illi esse constantiam vidimus, neque si exteriora verterentur omnia, intus quicquam mutabatur. Eaque re tandem & corpus assuefecit, vt, quoad eius fieri posset, traheret colorē, quem ratio, non imperus, suafisset. Ægrè olim in lectulo iacebat; cūm monuit fortè Medicus, ne tristi se cogitatione cōfunderet. 150 Collegit animū: subductis que calculis, considerare cœpit, vllane re inquietari posset? Reperit vnicam: &, quid, si quo, inquit, infortunio Societas labefacta corrueret? Ea se vnà clade hactenus sēsit cōmotū iri: vt inter quartā horæ partē, si precari cōtigisset, ad animi quietem reditur<sup>o</sup> sibi videretur: etiamsi in vmbrae modum ea vanesceret: dū ne quàm ipse caussam præbuisset. Quod quàm moderati animi sit, in prōptu est cuius cognoscere.